

Declaratio precedentis Edicti Regii  
ac Usurarum moderatio.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux  
Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Domini et Haereditarii

Universis et singulis Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Proconsulibus, Consulis, Iudicibus, Advocatis, officialibus ac Dignitariis, ceterisque magistratibus et Subditis nostris in terris nostris Prussiae sinceris et fidelibus nobis dilectis, Gratiam nostram Regiam sinceram et fideliter nobis dilectis. Adiectis sumus gravissimis et iustissimis subditorum nostrorum et aliorum pergrinorum exterrorum hominum querelis in terris nostris Prussiae commorantium atque degentium, nec non alijs multis necessarijs causis ut delectandae usurarum et praetextis ac fidei foederationum omnem modum atque legum tum divinarum tum humanarum excedentes pro Christiani Principis officio edicto nostro publico ex Senatusconsulto Comitiorum Regni nostris die salutis M.D.LXIX die X: Mensis Augusti, Lublini habitorum, nempe cuiuscumque status vel conditionis hominum quocumque quoque colore, specie vel praetextu, foenus gravius faceret, sive maiorem usuram exigere auderet, quam ex centena videlicet florenis sub nullis et poenis certis in eodem Edicto expressis editis et constitutis, reservatis nihilominus negociatoribus ex necessitate et usu suo, ad negationis suae cursum retinendum Cambijs tolerabilibus. Et si autem nobis omnino persuaseramus eodem modo Edictum publicum ex tam gravibus et iustis causis promulgatum ab omnibus ob publicam utilitatem strictissime servatum iri: tamen plurima cum iudicia certa nobis fidem indubitatum faciunt, usurarios et foeneratores, varijs artibus excogitatis, non sine indignitate nostra, edictum hoc nostrum elidere et violare, dum alij iniquissimum foenus usuram legitimum eodem edicto nostro permissam in triplo et quadruplo excedens, sine verecundia exigunt, alij vero Cambijs iniquissimis et alijs praetextibus contractum simulatorum iam inde ab anno sexagesimo quarto usurpatorum varie facultates subditorum nostrorum expilant atque ad se callide transferunt ex quo avaritia vitio tanquam malorum fonte mercatura illa copiosa in terris nostris Prussia praesertim vero in Civitatibus nostris maioribus et maritimis non solum extinguatur, sed et rerum et mercium honestarum et necessariarum fieri omnium penuria et caritate inducitur, subditique nostri praesertim negociatores ad extremam indigentiam et paupertatem redacti, fidem alijs datam fallentes, creberrime pro literis mercatorijs supplicando nobis molesti esse coguntur. His et alijs de causis committendum nobis amplius nequaquam esse censuimus, quin errorem hunc Republicae tam perniciosae



tam perniciosum legitimis remedijs corrigamus: Proinde de sententia Consiliorum  
nostrorum nunc latej nostro addiditum in vim decreti edictum nostrum pub  
licum sibi pramissum est | ob gravissimas et iudicissimas causas promulgatum  
declaramus esse duximus quemadmodum et declaramus, pronunciantes oer  
et singulos qui quoviscumq; quavis colore, specie vel pretextu modum usum  
rarum in edicto nostro prescriptum excederunt, tanquam foeneratores in  
iquos et Regno perniciosos vi edicti multandos esse sicut et multamus  
dimiditatem sortis sive summa principalis, fisco nostro adjudicantes, illud  
veru, quod supra legitimam usuram a debitore persolutum est, vel persolvi  
debet, tanquam ad rationem summa iam persolutum in ipsam sortem sive prin  
cipalem summam, computandum esse decernimus. Proinde de Cambijs retro  
gradis vulgo Retirnovaryol in Civitate praesertim nostra Gedanesis factis,  
alijsq; similibus venditionum et emtionum contractibus quoviscumq; quavis colore  
ficatis, intelligendum esse similiter declaramus usitata, moderata et agra  
bilia duntaxat ea Cambia esse pronunciantes, quae numerum duodecim pro  
centenarum non excedunt. Super quibus oibus dictis iniquis foeneratoribus per  
petuum silentium imponimus, hoc nostra declaracione mediante: quatenus non nisi  
de eo mutuo pro quo vel bona hypothecata sunt, vel sufficiens fideiussoria  
cautio facta est, intelligi debet, non autem ubi Chirographum simplex sine  
hypotheca, cautione fideiussoria vel pignore intercedit, pro quo duo  
decim florenis foenorari licebit, idq; inter negotiatores tantum. Proinde  
supradictis oibus et singulis magistratuum et officia gerentibus Rexeri  
mandamus ut hanc nostram declaracionem ad Fiscalis nostrij vel debitorum  
aut cuiusq; tandem (cuius interese) instantiam quoviscumq; requisiti fuerint  
sine quavis tergiversatione in oibus eius clausulis et punclis fideliter exe  
quantur, pro officij sui debito atq; gratij indignatione nostra securi non fa  
cturj. In quorum omnium fidem presentibus sigillum nostrum apprimi iussi  
mus et manu nostra subscripsimus. Datum Warsaviae die XX mensis Augusti  
Anno Christi M. D. LXXI. Regni vero nostrij anno quadragesimo secundo.

Sigismundus Augustus  
Rex Poloniae.

Edictum Regis